

FRAGMENT D'UNE CHRONIQUE DE SAINT-JACQUES DE LIÈGE

Les événements qui se produisirent à Liège et dans la principauté, au cours des vingt dernières années du XV^e siècle, nous sont connus par le récit de quelques chroniqueurs : celui d'Adrien d'Oudenbosch s'arrête en 1483 (1); celui de Jean de Looz s'étend de 1455 à 1514 (2); tandis qu'une suite au texte de Merica narre la fin tragique de Charles le Téméraire et de Louis de Bourbon, et que deux autres continuateurs de Merica ont pris soin de raconter les luttes et la mort de Guillaume de la Marck (3). 1/2

Ajoutons y une chronique du règne de Jean de Horne (4) et nous aurons à peu près épuisé le catalogue des narrateurs contemporains des événements que nous avons en vue. En effet, Suffridus Petri dont le *Gesta pontificum leodiensium* couvre les années 1390 à 1505, est en réalité, un historien (5). 7

La liste, on le voit, n'est pas très longue, et nous pensons que le fragment inédit d'une chronique perdue, que nous publions, sera considéré comme bienvenu. 5]

Le laborieux Henri van den Berch l'a, au XVII^e siècle, 10

(1) ADRIEN D'OUDENBOSCH, *Chronique*, édition G. de Borman, Liège, D. Corniaux, 1902.

(2) JEAN DE LOOZ, *Chronicon rerum gestarum ab anno MCCCCLV ad annum MDXIV*, dans P. F. X. de RAM, *Documents relatifs aux troubles du pays de Liège* Bruxelles, 1844, pp. 1-132.

(3) S. BALAU, *Chroniques liégeoises*, t. I, Bruxelles, 1913, pp. 309-339.

(4) *Ibidem*, pp. 339-569. Il faut y ajouter l'appendice (pp. 569-584).

(5) SUFFRIDUS PETRI, *Gesta pontificum leodiensium*, dans CHAPEVILLE, *Gesta pontificum leodiensium*, t. III, Liège, 1616, pp. 68-234.

transcrit en tête du tome I d'une chronique de Liège, qu'il a possédée, et enrichie de notes.

Le texte débute au mois d'août 1482, par la narration du meurtre de Louis de Bourbon, et se termine, par la mention de l'incendie d'Eindhoven, au cours du carême de 1489, par Robert de la Marck.

Sauf l'indication du couronnement de Maximilien d'Autriche comme roi des Romains, tous les événements notés par notre chroniqueur, ont eu pour théâtre la ville de Liège ou le pays dont elle était la capitale. La mention d'une épidémie meurtrière qui sévit sur nos régions et les contrées avoisinantes, en 1483, fournit à l'auteur l'occasion de nous faire savoir qu'il appartenait à l'abbaye de Saint-Jacques.

Il nous apporte ainsi une preuve de plus de l'activité littéraire qui régna dans ce monastère, à la fin du XV^e siècle et au début du siècle suivant.

Dom Ursmer Berlière, dans ses *Documents inédits pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique* (1), a publié un *Gesta abbatum monasterii sancti Jacobi leodiensis* qui s'arrête en 1594.

Plus tard, un moine, s'aidant de récits antérieurs, constituait une narration qu'il mena jusqu'en 1568.

Nous ajoutons à leurs œuvres celle de notre chroniqueur, en ressentant le regret de ne point posséder tout son texte, et en exprimant le vœu que quelque chercheur, plus heureux, puisse, un jour, nous le révéler.

JOSEPH BRASSINNE.

(1) Tome I, Maredsous, 1894, pp. 37-57.

ASSASSINAT DE LOUIS DE BOURBON, ÉVÊQUE
ET PRINCE DE LIÈGE.

Anno Domini 1482, in augusto, Domnus Guilielmus de Marca (1), cum 4 millibus virorum, intravit terram leodiensem; cui appropinquanti civitati Legie, Reverendus in Christo pater Domnus Ludovicus Borbonius episcopus obviam processit, et cecidit ipse cum 500 fere viris, ceteris qui cum eo erant hinc inde fugientibus (2).

GUILLAUME DE LA MARCK ENTRE A LIÈGE.

Deinde Guilielmus praedictus, veluti victor, intravit, armata manu, civitatem leodiensem, paenultima augusti, et omnes majores qui supererant cogit ad jurandum sibi fidelitatem.

GUERRE ENTRE LES BRABANÇONS ET LES LIÉGEAIS.

Verum Brabantia, asserens se velle vindicare mortem defuncti episcopi, Guilielmum expugnare decrevit, ne quovis modo ad pacem inclinari poterat, quamvis multis modis ad hoc laboratum fuerit; unde sequita et multiplicata sunt mala in terra: pauperes depredati, multi occisi, multi capti, multi variis suppliciis macerati, aliqua monasteria penitus combusta, plurime grangie, ville incendio vastate sunt.

(1) Guillaume I de la Marck.

(2) 30 août 1482.

VICTOIRE DES LIÉGEOIS SUR LES MAESTRICHTOIS.

In adventu Domini vel circiter, Trajectenses exierunt ad destruendum quoddam fortalitium quod (1), theutonica lingua, Schigghen (2) dicunt. Quo cognito, domnus Everardus (3), cum Leodiensibus, inclusis in predicto fortalitio auxilium impendere volens, magna cede Trajectenses in fugam conversos contrivit. Ceciderunt ibi pene 500 viri et totidem captivi adducti sunt, a quibus 30 quasi millia florenorum renensium signatorum cruce sancti Andree extorserunt.

VICTOIRE DES BRABANÇONS SUR LES LIÉGEOIS
A HOLLOGNE SUR GEER.

Simili strage, in mense sequenti, scilicet januario (4), phalangem Brabantinorum que in Hasbania tentoria fixerat sternere putantes Leodienses, cum predicto Guilhelmo, congregatis circiter 14 millibus virorum, pugnesese precinxerunt, sed a predicta phalange, que vix 7 millia virorum habebat, valide repressa est turba Leodiensium, nam robur exercitus virorum maxime valentium prostratum est, pauci enim capitaneorum preter Guilhelmum e manibus Brabantinorum evaserunt qui non vel morti occubuerint, vel captivitati patuerint.

RÉTABLISSEMENT DE LA PAIX.

Sic deinceps usque ad Pascha Domini, continuate sunt strages, depredationes et domorum combustiones; at vero, tempore Resurrectionis Domini (5), quando un-

(1) Le manuscrit donne : quid.

(2) Sichem lez Diest.

(3) Everard III de la Marck.

(4) 9 janvier 1483.

(5) En 1483, Pâques tomba le 30 mars. La paix fut signée le 10 avril.

dique triumphanti Domino fronde nemus et gramina flore favent, pax cum gaudio sancte Resurrectionis inopinate, Domino annuente, concessa est.

ÉPIDÉMIE MEURTRIÈRE.

Et extunc, cessantibus armis et machinis bellicis, in terra nostra, subsequuta est pestilentia valida et quasi generalis, nam Colonie dicebantur obiisse quasi 20 millia hominum, in Aquisgrano, in Trajecto, in Huyo, in Tungris, in Sancto Trudone (1) similiter, et in Leodio dicebatur quod quartus homo bene obiisset.

DÉCÈS DE L'ABBÉ DE SAINT-JACQUES,
ARNOULD DE BERCHT, ET D'AUTRES MOINES.

In hoc autem monasterio (scilicet sancti Jacobi leodiensis), obierunt Domnus Arnoldus, abbas, prior, dispensator, vestiarius, cum sex aliis fratribus, et ex familiaribus etiam sex de medio substracti sunt.

ÉLECTION DE L'ABBÉ DE SAINT-JACQUES GÉRARD
DE HALIN.

Prefato vero prelato defuncto, electus est concorditer per viam Sancti Spiritus in abbatem Domnus Gerardus, filius Hugonis, vir juvenili florens etate, in profesto Laurentii (2).

1 (2) Cologne; Aix-la-Chapelle; Maestricht; Tongres; Saint-Trond.

2 (3) 9 août 1483.

ÉLECTION ET CONFIRMATION DE JEAN DE HORNE,
ÉVÊQUE ET PRINCE DE LIÈGE.

De successore episcopi jam paucis sermo decurrat. Defuncto igitur episcopo Ludovico de Borbon, canonici qui erant Leodii postulaverunt Joannem, filium Guilhelmi predicti (1). Postea aliqui canonici exeuntes Leodio, et congregantes se in Lovanio (2) cum quibusdam aliis qui foris fuerant, postulaverunt Domnum Joannem de Horne, et quodlibet capitulum et quilibet postulatus misit Romam pro confirmatione impetranda.

Sed et pronotarius quidam de genere de Croye (3) ac etiam Domnus lugdunensis (4) institerunt apud sedem apostolicam ut uni eorum episcopatus leodensis donaretur. Retinuit autem Domnus Apostolicus sententiam longo tempore, scilicet a festo omnium sanctorum (5) usque ad annum sequentem et mensem decembrem in quo confirmavit Domnum de Horne (6) qui tamen ab illo tempore usque ad annum pene sequentem civitatem leodiensem non intravit quia bullas sue confirmationis impetrare propter pecunie inopiam non potuit.

ENTRÉE DE JEAN DE HORNE A LIÈGE.
CAPTURE ET EXÉCUTION DE GUILLAUME DE LA MARCK.

Intravit ergo civitatem, anno 1484, dominica post omnium sanctorum (7), cum magna et insigni multitudine procerum et nobilium quam decentissime ornatorum et

(1) Jean I de la Marck, dit d'Arenberg.

(2) Louvain.

(3) Jacques de Croy.

(4) L'évêque de Lyon.

(5) 1^{er} novembre 1483.

(6) 17 décembre 1483.

(7) 7 novembre 1484.

fuit intrans et exiens pacifice in civitate usque ad festum Joannis Baptiste (1) anni 85. Et tunc captivavit predictum Guilhelmum de Marcka et ductum Trajectum decollari fecit, et ab illo die, non fuit ausus intrare civitatem propter amicos predicti Guilhelmi qui erant in civitate, et procedente tempore, multiplicata sunt mala in terra.

SÉDITION DE GUY DE CANNE ET DE PIERRE ROCHAR
OU ROUHART.

Nam Guido quidam miles Trajecti oriundus, vulgariter dictus de Can, cum quodam suo perfido collega qui communiter dicebatur Rochka, extulit caput contra domnum suum, jurans predictum pontificem (2) numquam civitatem intraturum nisi Deus ei pennas quibus posset volare concederet.

PRISE ET PILLAGE DE SAINT-TROND PAR ROBERT
DE LA MARCK.

At in januario anni 86 (3), domnus Robertus de Marcka junior (4), quidam mane, venit cum 2000 Alemanis inopinate, cum adhuc tenebre essent super terram, et ascendit aggeres sive muros Sancti Trudonis quod et spoliaverunt Alemani, et omnes divites captivaverunt, insuper et abbatem Sancti Trudinis vinculatum Leodium dederunt, sed et a captis monachis extorserunt quicquid potuerunt, et monasterium cum ecclesia inumaniter omni supellectili nudaverunt.

(1) 24 juin 1485. L'exécution de Guillaume de la Marck eut lieu le 18 juin.

(2) Le manuscrit donne : pontificum.

(3) 20 janvier 1486.

(4) Robert II de la Marck.

MORT DE GUY DE CANNE ET DE PIERRE ROCHAR.

Circa finem quadragesime hujus anni (1), scilicet 86, orta simultate, Guido predictus occidit suum concapitanum Rochka, et infra vel circiter quindenam (2), communis populus trucidavit predictum Guidonem, et sic, effugantibus omnibus a civitate extraneis et recedentibus illis de Marcka, predictus pontifex, tempore paschali (3), cum honore ad civitatem et cathedram suam solemniter introducit.

COURONNEMENT DE MAXIMILIEN D'AUTRICHE,
ROI DES ROMAINS.

Ea tempestate, Maximilianus, dux Austrie, Burgundie, Brabantie, etc, coronatus est in Aquisgrano, presente patre suo Frederico imperatore, multisque et variis diversarum provinciarum principibus, in regem Romanorum (4).

PREMIÈRE MESSE DE JEAN DE HORNE.

Eodem anno, Domnus Joannes de Horne, leodiensis presul, in die sancti Lamberti (5), cantavit suam primam missam, et post missam, solemniter per forum venerabile sacramentum portavit, ad quod festum vocaverat omnes nobiles et prelatos sue diocesis qui in magna multitudine convenerunt (6).

(1) 8 mars 1486.

(2) 29 mars 1486.

(3) Pâques tomba, en 1486, le 26 mars.

(4) Maximilien d'Autriche fut couronné roi des Romains, le 9 avril 1486.

(5) 17 septembre 1486.

(6) Le manuscrit donne : convenerint.

TENTATIVE DES PARTISANS DES LA MARCK
CONTRE LA CITÉ
INCENDIE DE L'ÉGLISE DE LA CHARTREUSE.

Ab ea igitur die qua illi de Marcka exierunt civitatem, diversis viis tentaverunt preoccupare civitatem et episcopum profugare. Unde collecti, in anno 87, in januario (1), intraverunt monasterium cartusiense, cum multitudine magna, et prima die adventus eorum fortuito igni oratorium concrematum est, et cum pro tuitione civitatis, undique ex partibus ducis populus conflueret, tandem post quindenam recesserunt.

SIÈGE DE FRANCHIMONT PAR JEAN DE HORNE.

Deinde, eodem anno, domnus de Horne, presul leodiensis, exivit cum populo suo, et obsedit castrum quod dicitur Franchimont (2) ; sed venientibus illis de Marcka, cum adjutorio (3) Francorum, domnus leodiensis clam solvit obsidionem (4), et ad Limborch (5) confugit.

SÉDITION DES RIVAGEOIS.

Deinde, anno 88, in mense mayo (6), cum populus leodiensis jam valde gravaretur exactionibus, orta est discordia in populo : cum palatium esset indictum, ut

(1) 13 janvier 1487.

(2) Le siège commença peu de temps après le 14 juillet 1487.

(3) Le manuscrit donne : adjectorio.

(4) 8 août 1487.

(5) Limbourg.

(6) « In mense mayo », cette indication du mois doit résulter d'une erreur de copie. Ces événements ont évidemment eu lieu avant la prise de Liège par Evérad de la Marck, avec laquelle ils se trouvent en relation directe et qu'ils préparent. Ces faits se passèrent vraisemblablement en janvier ou février 1488, alors que l'évêque était absent de la ville.

sepe fieri solet, convenerunt circiter 200 viri habitantes super ripas Mosae, cum fustibus et armis, animo trucidandi quosdam (qui dicebantur suo consilio hujusmodi exactiones generare), si non juxta eorum desiderium preponeretur. Verum, cognito hoc proposito, Dominus de Berlo, burgimagister (1), qui erat dux verbi indicti, palam gessit illis morem, et multo dulcius quam putabatur, et ad aliam viam devexit linguam suam; inde enim animi mitigati sunt, sicque palatium solutum est in pace.

Verum majores civitatis estimabant huic proposito dare punitionem et, facto scrutinio, multos in cedula notaverunt (2), atque ad mortem trahere putabant. Quo cognito, omnes qui hujus propositi conscii fuerant, in Gemeppia super ripas Mosae (3) se ordinaverunt quasi transmigraturi ad illos de Marcka, et clam miserunt ad illos de Marcka ut, statuta die, ab una parte civitatis civitatem oppugnarent, ipsi, ab alia parte eis introitum facerent.

Civitas igitur, hujus compactionis inscia, timens numerum adversariorum nimium augeri, misit post illos congregatos in Gemeppia ut redirent, quod hac vice illis indulgentia daretur.

EVERARD DE LA MARCK S'EMPAIRE DE LIÈGE.

Igitur, feria sexta ante dominicam qua cantatur: Laetare Iherusalem (4), venit dominus Everardus de Marcka, cum suis, et intravit clam, in vigilia matutina, primam munitionem civitatis, sed, sonitu campane, populus ad arma vocatus, facto impetu magno, valide hos repressit;

(1) Arnould de Berlo fut bourgmestre de Liège en 1487-1488.

(2) Le manuscrit donne: notaverint.

(3) Jemeppe sur Meuse.

(4) Le vendredi 14 mars 1488.

sed venerunt a tergo predicti 200 viri juxta condictum, ab alia parte civitatis, et illis de Marcka liberum introitum prestiterunt, clamantes veluti amici, quasi concives, donec eo perventum fuisset ut libere oppugnatoribus se jungere potuissent; quo cognito, quilibet in fugam versus est. Sicque dominus Everardus introivit libere civitatem, et obtinuit eam. Ex cujus parte mox, voce preconia, clamatum est ne cives occiderentur, aut bonis spoliarentur, exceptis hiis quos notanter sibi adversarios et odiosos constaret.

INCENDIE D'EINDHOVEN PAR ROBERT DE LA MARCK.

Eodem anno, in quadragesima (1), idem Robertus, cum suis intravit quoddam oppidum Brabantie quod vulgariter dicitur Endovia (2), quod ex toto incendiavit et ecclesiam.

(1) Entre le 19 février et le 6 avril 1488.

(2) Eindhoven.